Ordinatio 176.
Judiciorum Thesauri S. R. M.

Augustus Secundus DEi Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhiniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq. Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps ELECTOR.

Posteaquam certis ex Causis Allegatisque Serenissimo Diplomate Nostro de die Vigesima prima Mensis Novembris Anni 1710mi. Rationibus Judicia Thesauri Curiæ nræ reassumenda ac reinstituenda esse duximus, a quorum Directione & arbitrio generalis Administratio Omnium Bonorum nrorum Oeconomicorum tam in Regno Poloniæ, quam Magno ducatu Lithuaniæ, Omniumq. Proventuum ad Mensam nram Regiam pertinentium, ac Expensarum inde faciendarum dependeat, Idcirco presentem Ordinationem ad Instructionem Regulæ instar rerum gerendarum praescribere volumus. & quidem.

1mo.

Sedes eiusmodi Judiciorum Thesauri nri perpetua sit Varsaviæ. Sin vero illinc discederemus, alibique commoraremur, denominabimus Assessores Consiliarios Caeterosque Officiales, quos Aulam nram Regiam insequi velimus.

2do.

1710.

2do.

Congressus Ordinarius Iudiciorum Thesauri ad Latus nrum toties instituendus erit, quoties necessitas id expostulabit, vel Praeses Iudicavi iubebit; Congredientur tamen Assessores semel ad minimum per Septimanam.

3tio.

Assessores Polonici a Dextra, Saxonici a Sinistra Suo Ordine in una Serie qualibet Natio Sedeant, Locusq; Absentis Vacuus maneat. Dandis Votis haec regula & Ratio servanda. Ut Primi Assessores Polonici consecutive, ita & Saxonici Sua vota dicant, insimulque Supremus Notarius necnon Consiliarius Mandacher, intimus Secretarius Pauli, Sedibus Rationum Inspector & reliqui Subalterni Vota sua informativa non vero deliberativa habeant.

4to.

Archivum in Custodia Supremi Notarij erit. Deliberationes ab Utraq; Parte Scripturae Prototypo sive Protocollo inserantur, Nobisque Praeses Iudiciorum & Primus Cuiusque Nationis Assessor Consilia & Consultationes exponant, et nrum Consensum expectantes, praesentibus ijs, qui nram resolutionem, in Protocollo annotent. Si forte Assessores Iudiciorum in Consultationibus vel resolutionibus suis discreparent, deciden[illegible] & Nobis tradentur, una cum Extractu Protocolli Singula Vota et rationes Cuiuslibet Assessoris Continentis, illorum differentia.

5to

15.

Praedicti Administratores & Officiales Singulis Annis coram Iudicijs Thesauri nri seu eorum Delegatis ac Deputatis Rationes suas exhibere districti erunt. Ai dubia & defectus animadverterentes Iudicijs Thesauri notitiam dent. expectentq; inde resolutionem et approbationem. Singulis annis Administratores & officiales computa sua iustificabunt.

16.

Elapso Trimestri anni Officiales pecunias reditiuum perceptas ad Thesaurum nrum Regium portabunt ubi a Supremo Notario Quietationes pro interim recipient. Ac pro simili Quietatione pecunias acceptas Principali Quaestori tradet ambo autem Iudicijs Thesauri incontinenti et absque remora Specificationem ac normam perceptarum pecuniarum porrigent.

17.

Uti Supremi Notarij Quietatio verificat officialium rationes, Ita Principalis Quaestoris Testimonium iustificat Elargitiones a Supremo Notario factas. Principalis Quaestor porriget Singulis annis ultimo die Decembris suas Rationes Iudicio Thesauri, indeque pro sua Securitate recipiet approbationem et Quietationem.

In reliquo experientia rerum Magistra & usq pro qualitate circumstantiarum sus tempore docebunt quid potenti ordinationi addendi minorandi aut minu en[illegible]r. In quorum fidem et Valorem manu propria [illegible] sigillum [illegible] Gedani Die IX. Mensis Xbris [illegible] Vero [illegible] Nostri XIV

Augustus Rex

2do.

Congressus Ordinarius Iudiciorum Thesauri ad Latus nrum toties instituendus erit, quoties necessitas id expostulabit, vel Praeses Iudicari iubebit; Congrediantur tamen Assessores semel ad minimum per Septimanam.

3tio.

Assessores Polonici a Dextra, Saxonici a Sinistra Suo Ordine in una Serie qualibet Natio Sedeant, Locusq. Absentis Vacuus maneat. Dandis Votis haec regula & Ratio servanda. Ut Primi Assessores Polonici consecutive, ita & Saxonici Sua vota dicant, insimulque Supremus Notarius necnon Consiliarius Mandacher, intimus Secretarius Pauli, Sed Ratiorum Inspector & reliqui Subalterni Vota sua informativa non vero deliberativa habeant.

4to.

Archivum in Custodia Supremi Notarij erit. Deliberationes ab Utraq. Parte Scriptura Prototypo Sive Protocollo inserantur, Nobisque Praeses Iudiciorum & Primus Cuiusque Nationis Assessor Consilia & Consultationes exponant, et nrum Consensum expectantes, praesentibus ijs, qui nram resolutionem, in Protocollo annotent. Si forte Assessores Iudiciorum in Consultationibus vel resolutionibus suis discreparent, deciden dæ Nobis tradentur, una cum Extractu Protocolli Singula vota et rationes Cuiuslibet Assessoris Continentis, illorum differentiæ.

5to

15.

Praedicti Administratores & Officiales Singulis Annis coram Iudicijs Thesauri nri seu eorum Delegatis ac Deputatis Rationes suas exhibere obstricti erunt. Ad dubia & defectus animadvertentes Iudicijs Thesauri notitiam dent. expectentq. inde resolutionem et approbationem. Singulis annis et Administratores & Officiales computa sua iustificabunt.

16.


Elapso Trimestri anni Officiales pecunias redituum perceptas ad Thesaurum nrum Regium portabunt ubi a Supremo Notario Quietationes pro interim recipient. Ac pro simili Quietatione pecunias acceptas Principali Quaestori tradet ambo autem Iudicio Thesauri in continenti et absque remora specificationem ac normam perceptorum pecuniarum porrigent.

17.

Uti Supremi Notarij Quietatio verificat officialium rationes, Ita Principalis Quaestoris Testimonium iustificat Elargitiones a Supremo Notario factas. Principalis Quaestor porriget Singulis annis ultimo die Decembris suas Rationes Iudicio Thesauri, indeque pro sua securitate recipiet approbationem et Quietationem.

In reliquo experientia rerū Magistra docebit pro qualitate circumstantiarū suo tempore docebunt quid praesenti Ordinationi addend. mutand. aut minuendum sit. In quorū fidem et Valorem manu pp̄ria subscripsimus Sigillūq. nrū apponi iussimus. Gedani Die IX. Mensis Xbris MDCCX. Anno Regni Vero Nostri XIV

Augustus Rex



...hask
...ch o Rag

5to.

Utq; omnes errores pro possibili evitentur, Notificari ac interdici volumus Cancellariis Rñi Poloniæ & M.D.L. ne illi unquam Negotio, reditus ad Regiam mensam nrãm spectantes, ullo modo se immisceant, sed omnes Expeditiones Judicij Thesauri illibatas relinquant; quia ad Expeditiones Oeconomicas Judicijq; Thesauri nri, Sigillum intimæ Cameræ nostræ destinamus.

6to.

Administratores Oeconomiarum Nrarum, Jurisdictione gaudentes simul ac omnes Officiales & Servientes Salinarum Vectigalium, a Judicijs Thesauri dependeant, a quo etiam Mandata a Nobis vero approbatio vel Confirmatio Officiorum suorum expectanda: Juramentum autem coram Judicijs vel Commissariis nris ex mente eorum ordinandis praestandum erit.

7mo.

Cum vero eò Regia nra procedat intentio, ut reditus Regij Patrimonij Successoribus nris in integro n. solum statu relinquantur, sed etiam in meliorè statum (: citra tamen Reipcæ in generali, vel privatorum Privilegiorum in particulari praejudicium) redigantur augeanturque: Inde Jubemus atq; mandamus, ut Judicia Thesauri

omni cura, augmento Oeconomiarum nrarum
Studeant, omnesq[ue] inutiles expensas Fideliter
praescindant.

8vo.

Quandoquidem autem perturbatus Rni nri
Poloniae Status nonnullis privatorum, ad quo-
rundam Praediorum Regij nri Patrimony usur-
pationem ansam & occasionem praebuit. In-
de volumus ac jubemus, ut Judicia Thesauri
omne eò impendant Studium, quò omnes hi
Proventus ad Regium nrum Patrimonium re-
ducantur. Legibusque Publicis de integritate
proventuum Mensae nrae Regiae sancitis
satisfiat: Similiter reliquos ad nras Oecono-
mias pertinentes, recessos verò vel cum
Reipcae Consensu antehac hypothecatos Fundos
redituq[ue] omni possibili modo vindicentur, Eco-
nisq[ue] Oeconomicis reincorporentur.

9no.

Ad omnes Innovationes & confusiones bono Ordini
quem intendimus, Statuiq[ue] Oeconomico Contrarias, evi-
tandas, decernimus & jubemus, ut Judicia The-
sauri Assignationes Donationes Privilegia &
Decreta a Nobis subscripta Cuiuscunque Gene-
ris sint, sibi exhiberi procurent, Nobisque ad
revisionem & ratificationem proponant.

10mo

10.

Iniungimus expresse Judicijs Thesauri ut Sumptuum
inutilium evitandorum causâ Commissarios suos dele-
gent. quoniam autem subinde Lustrationibus & inprimis
in Repartitionibus & eiusdem generis alijs Cognitio
& Revisio necessaria sit. Idcirco jubemus ut in talis
Casibus omnes Expensae superfluae praescindantur.
Commissarius vero adstrictus sit. Relationem suam Judicijs
Thesauri immediate transmittere quo tam Commissa-
rius de relato respondere quam nos dicta Judicia
de omnibus necessitate hoc exigente informare possint.

11.

Quem in finem Gnali Vigiliarum Praefecto Goltz ut
et Supremo Notario Kierski. quibus per Diploma de
Data 30 Septembr 1709. et die 12 Marty. 1710. No-
bis suas Relationes transmittere immediate iniunctum
erat. mandavimus et mandamus ut omnes Relationes
cum subiunctis mediorum judicijs de augendis Oecono-
miarum reditibus, Thesauri nri judicijs exponant. et
ab ijsd[em] quid ulterius in Commisso Negotio peragendum
sit, exspectent.

12.

Posteaquam etiam observavimus Serenissimos Antecesso-
res nros Oeconomias nonnullis privatis in Arendam lo-
casse, inde nec hanc praxin immutare volumus, manda-
mus tamen ut habilibus et dignis subiectis cum omni
proventuum securitate locentur. qui locationis pretium
per Trimestre Tempus praenumerare, et de rebus.

in Inventariis Contentis Idonee satisfdare Valeant. Sancimq insimul et volumus ut duo concordantia Inventaria de Locata Oeconomia conficiantur, quorum unum Exemplar a Praeside Regij nri Judicij, alterum vò a Conductore subscribatur. Omnes Contractus Libro Contractuum inserantur, & hi a Contrahentibus subscribantur quorum Originalia modo infrascrito signata accipiant.

13.

Quod si tamen videremus magis prodesse Oeconomias quasdam Administratoribus concedere, illuc respiciendum ut tales eligantur, quorum fides simul ac dexteritas probata sit. providendi hi quoque instructionibus ut non tantum singulis annis Rationes suas et elapso trimestri pecunias receptas, verum etiam judicium suum de melioratione reddituum ac restrictione Expensarum tradant. Negligentes vò serio reprehendendi ac ob malam administraonem corrigendi sunt.

14.

Omnis generis Contractus & administraonum Expeditiones p supremum Notarium Thesauri nri Fideliter & ex vi juramenti eius conficiendae, a Nobis subscribendae et approbandae sunt, aliter non subsistent. post modum vò a Praeside contrasignandae & ab eod Notario manu propria conscribentur, Inord sigillo intimae Camerae nrae corroborentur. Casu quo autem eo in loco ñ essemus, pro Ratificatione cum annexis rationibus & motivis quae ad talem expeditionem ansam dedere nobis transmittendae erunt. Fiant Expeditiones gratis ex officio.

15.